Brne P°

1

Cum Capitulum et Canonici Cathlis Ecclie Vilnen in Lituania in certis finibus et limitibus bonorum suorum Brazewicze dictorum cum Generoso Mci Bystri eorundem bonorum vicino ob confusionem agrorum et fundorum inter se jacentium saepius jurgia et lites cum damno suo habuerit, placuit Capitulo Vilnen unum ex gremio sui deputare qui certis sub clausulis et punctis cum dicto Dno Bystri hoc negotium componeret et controversos agros etiam per commutaoem transigeret, uti etiam eadem persona Capitularis delegata longe majori cum utilitate Capituli Viln litigiosos agros et fundos cum dicto Dno vicino composuit ac commutavit, Inventariumque commutationis cum solemnitatibus perfecit prout ex annexo authentico documento constat. Quare Capitulum et Canonici pti ad hoc ut dicta combinaö cum emolumento sui peracta de opportuna Sedis Aplicae licentia muniatur supplicant pro confirmatione commutaöis praefat.

Et Deus &c.

Sacra Congregatio Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotijs et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita veris existentibus narratis benigne annuit super hujusmodi commutatione facta, ut dicta commutaö agrorum et fundi bonorum Brazewicze in majorem utilitatem Capituli Vilnen cedat quam antea et quidem sub poenis contra Ecclesiarum bona alienantes impositis in casu contraventionis omnino incurrendis. Romae die 20. Junij. 1768.

C. Card. Rezzonico.



Bystry